

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

tione capitis, geniculatione, porrectione dextræ aperte salutare hostes nostros omnium acerrimos. Deus tueatur D. Pfarreum & grægem pusillum ipsi similem. Uxorem tuam gravidam & partui vicinam meo nomine salutabis officiose : Nec non reliquos totius conventus nostri fratres synceros. Quæ intellexero ex prædictis Dominis Reformatoribus, ad te proximo nuncio perferibam. Vos interim *καθαρίσθε* vetus fermentum, ut sitis azymi & conspersio nova. Sed vereor ne fermentum vetus ejiciat veros & fidos Ecclesiæ ministros.

In thermis Cellensibus

Tuus ex animo totus

Rabus.

X.

SD. Reverende & Clarissime Vir, Patrone colende. Retexui anno superiore libellum Catecheseos, eumque Academiæ vestræ alumno, Mecænatis mei filio inscripsi. Eum à te perlustrari & liberrime censi optarim. Peto etiam, si eum non improbabis, ut uni ex Typographis vestris tradas, nitidis typis eleganter & correcte excudendum, juxta exemplum, quod mitto, in quo alia minutis seu currentibus, alia crassiusculis seu antiquis literis expressa videbit.

Tabellarium, cui literas ad te ante duos menses dedi prolixas, quotidie expecto. Bene vale. Rostochii, postridie Jacobi.

David Chytræus.

XI.

MEin freundlich Dienst / mit wünschung der Ewigen und beständigen Gnaden Gottes / und eins neuen Christlichen guten seeligen Jahrs / Euch / Ewerer Hausfrauen / und allen frommen Christen zuvor / lieber Doctor Marbach / besunderer Freund. Wie es mit unsern Kirchen zugeht / gedenc ich seyder / Ihr haben nur zuviel berichts / darumb der Allmächtig GOTT herzlich zu bitten in allen Kirchen / das er sein milde Hand vor uns nit ablassen / dardurch auch in diesem vorstehenden Conventu etwas Christlich und einhälligs beständig möge außgerichtet werden / das woll uns der gütig GOTT gnädig verleyhen / Amen.

Dierweil ich Vortschafft zu Euch / hab ich nit underlassen wollen / Euch freundlich zu ersuchen / schick Euch hiemit ein kleins Tractätlein / wollen das lesen und etwas guts darauß nehmen. Der Winden Korec Pantaleon / ist der prædicatur mit Gnaden / ut dicitur, erlassen / & subintelligitur, wer es nit beschehen / er wer ein

einmahl erschlagen worden / ein anderer an sein statt geordnet / GOTT geb/das es auch nit ein freßender Seelen-mörder und Wolff sey / bitt auch freundlich / wollen zu der Ehr Gottes und seiner Wohlsarth Euch meinen lieben Sun und seinen Praeceptor, als ein Christlicher Vatter / lassen bevohlen seyn / dann Euch zu dienen bin ich sunders geneigt. Datum in Eil den 3. Januarii/ Anno 1567.

**Erasmus von Benningen/
zu Rungspach.**

XII.

S in Domino. Cum hoc ineunte novo anno, ego tibi, reverende vir, pater & compater suavissime, ex animo, tuæ publicæ & privatæ Ecclesiæ faelicissima quæque præcor. Et opto, ut canities tua veneranda Ecclesiæ vestræ quam diutissimè sit superstes. Ago simul officiose gratias, quod doctis & copiosis tuis literis per Georgium Hohenloher, me veterem amicum tuum, tam amanter salutaris. Agnosco in hoc mihi gratissimo officiorum genere singularem tuum erga me candorem & amorem: cumprimis verò mihi gratulor, me tibi, nec non reverendis viris, collegis tuis, Dominis & fratribus in Christo suspiciendis & venerandis, animò nondum excidisse; sicut & ego vestri, nec non Ecclesiæ & Scholæ vestræ nunquam non apud nostros honorificam facio mentionem.

Cæterum quod concionem meam, quam hîc urgentibus sic Dominis & aliis viris bonis curavi imprimi, tanti facis, nequaquam aut eruditioni, aut ordini, aut simplicitati, quæ in ea tu plurimum celebras, sed cæco tuo, pio tamen & paterno, erga me amori tribuo. Vix enim umbram mihi videor affecutus earum, quas tu huic concioni tribuis, laudum. Publicabitur autem propediem concio altera, Recapitulatio videlicet concionum contra novem capitalia vitia, & exemplar habebis; postquam fuerit impressa. Et certè nescio quam gratum mihi fuerit nuncium, quo intellexi, primam concionem meam apud vos denuo impressam. Spero veteres meos auditores satis intelligere, quid quæram aut quo spectem. Et loco magni beneficii duco, divinitus ita factum, ut hæc concio apud vos legatur & probeatur, qui hætenus multorum iniquo iudicio & detestandis conviciis fui expositus.

Catechismus pro Ecclesia nostra jam apud nos est sub prælo: In quo quantum fieri potuit, accommodavi me ad normam Ecclesiæ vestræ & sicut aliquando minister fui indignus, ita semper ero & amator & fautor.

Tomum primum Conciliationum locorum S. Scripturæ pugnantium ex libris D. Augustini conscriptarum, misi jam Norimbergam ad Typographum